







La st. narrative
de l'Allemagne

Bibliotheca Augustissimi
Imperatoris Ferdinandi II.

184
MS.



Handwritten text on a small white tag, possibly a library or archival label, located in the bottom right corner of the right page. The text is partially obscured and difficult to read, but appears to include some numbers and possibly a date or reference code.



SALVATIO.

Archiducum Salueto genus, Styris inclita regum,
 Induperatorum sanguis, & bonus honor.
 Saluete Austriacae verissima Numina terra,
 Gloria terrigenum, gaudia caelituum.
 Salueto aetherei non infima cura Parentis
 Gemma Ducum radians, Orbis & Urbis amor.
 Archiducum Gemitrix, atq; inclita Reginarum
 Mater, aue, celi cura, soliq; stupor.
 Stellifluis Fernande plagis dignissime, salue,
 Ad cuius laudes Styx fremit, astra cauant.
 Anna Maria Ducis coniux dignissima tanti
 Salue, siderea Virginis unus amor.
 Archidux salue lux Maximiliane tuorum,
 Plurima quem spectant fata futura ducem.
 Illustres facies, & stemmatis Heroina
 Saluete, Austriaci sidera clara soli.
 Scera quid in medium sit productura theatrum,
 Qui post me veniet, forte vel ipse dabo.

PROLOGVS.

Curiosus. Segildus.

Cur: Heus vos. heus iuvenes. Seg: Quid vis? Cur: Per pauca loquam.
 Actio nunguid erit? Dicito. qualis erit?
 Seg: Prætolare parum. Cur: Nolo. Seg: ergo recede. Cur: nec illud.

Seg: Impero discedas. Cur: Nolo. Seg: Sileto igitur.
 Cur: Sed rogo pauca refer. posthinc discedo libenter.
 Actio qualis erit? dicito. rumpe moras.
 Seg: Importunus homo es: dicam si tanta capido est
 Scire: sed attentis auribus ista cape.
 Hic lusus puerilis erit. Cur: Nihil amplius? ergo
 Cur tam magnificos vultis adesse viros?
 Hic lusus puerilis erit: nugæ. Seg: Nil ista moramur
 Scommata; tu sileas. me sine plura loqui.
 Cur: Huic intrare lubet fors plura audire licebit.
 Seg: Cede loco. Cur: sedo. viue valeq; diu.
 Saluere iubeo, qui saluere plurimum volunt.
 Et nobiles saluere iubeo, & ignobiles.
 Pauca loquar: aures mihi benenolas date.
 Sancti iuuentus dabitur Hermann, puer
 Quæ gesserit sanctissimus, quæis moribus
 Insignis, innocensq; vitam duxerit.
 Post hæc obire fata dum videritis
 Hermannulum; scitote mortuum senem.
 Hæc in iuuentam nos docere intendimus,
 Quam fata iuvenes sentiant felicia
 Vitam sacratis si perornent moribus.
 Hæc summa tota est. Cæterum vos obsecro,
 Fauete linguis. nam ubi peracta fuerit actio,
 Licebit hinc cuiq; recedere in domum suam.

PERSONÆ

IESVS. Ioannes Sixtus Tholl. Seccouicensis.
 B. Virgo MARIA Franciscus Faschanch Græcensis.
 Hermannus. Ioannes Haller. Græcensis.
 Angelus Custos. Ioan. Wolfgangus Posch. Filius Consulis.
 Angeli Tres ^{Ioannes Fischer, Græcensis.} ^{Fratres.}
 Wolfgangus Fischer
 Ioannes Baptista Dehan Styrius.

Belinus Balthasar Pernstein Tyrol. Archicoci filius.
 Rosellus. Andreas Baggin Græcen.
 Segildus. Christophorus Pernstein.
 Filaldus. Ioannes Franciscus Dehan Styrius.
 Didascalus. Hieronimus Pellizonus Goritiensis.
 Curiosus. Ioannes Christophorus Bertsch Goritien.

+ Vita & miracula B. HERMANNI. ACTVS PRIMVS. Scena 1^a

Didascalus. Belinus. Rosellus.
Hermannus.

Did. Miranda somnus nocte præterita tulit
 Mihi visa: namq; lectulo astitit meo.
 Iuuenis nitore solis excedens uubar.
 Mihiq; dextra tradidit puerum sua,
 Quem moribus mandauit instrui optimis.
 Suauitate paruulus mira fuit,
 Verè Angelum referebat, haud hominem mihi.
 O me beatum; si meorum quispiam
 Iuuenum integris sic enitescat moribus.
 Sed tempus est ad lectiones ut suas
 Redeat Iuuentus: visa dein excussero.
Bel. Hermanne dextram porrige
 Iturus in Gymnasium.
Ros. Medium teneto: da manum.

Herm. Porta libellum tu mihi.
Bel. Portabo. Sed Hermanne? Her. Quid!
Bel. Cum iam Magistrum videris
Dextram salutans porrige.
Ros. Dein saccarum cum dat tibi,
Vel crustulum, grates age.
Herm. Dabitne saccarum mihi?
Bel. Si lectionem sciueris tuam,
& saccarum, & quid amplius.
Herm. Discam libenter omnia.
Ros. Etiam tacere cum studemus nos docet.
Herm.lacebo tanguam musculus,
& pisce mutus ero magis.
Sed quid magister cum virgo facit?
Bel. Virgo pueros cedit malos.
Qui non student, qui negligunt
Orare, aut lectionem non sciunt.
Herm. Ego libens discam omnia,
Orabo libentissime.
Ros. Intremus hocce templum, & simul
Oremus vt Beata Virgo nos iuuat,
It moribus atq. literis fiamus omnes incliti,
Bel. Virgo Mater celitum, Mater innocentum
Instruas nos literis. Ros. Moribusq. sanctos
Nos fac Virgo Virginum. Bel. Vota tu Cientum
Offer dula filio. Ros. In post fata celi

Nos in astris colloca, Perpetim beatos. Her. Amen.

Scena secunda.

Didascalus. Hermannus. Belinus.

Rosellus. Segildus. Vilaldus.

Did. Vbinam morantur tam diu iuuenes mei?

Bel. En is Magister est. Did. At en simul

Veniunt; quis tertius? Her. Salue plurimum

Magister. Did. Et tu saluus esto paruule.

Et inde tardiuscule!

Ros. Ad virginis diuæ aram prius

Et vota fudimus, & preces.

Did. Bene est: deuotioni quod datur

Tempus vacuum perire non potest.

Sedete vos. Heus paruule non placent scholæ!

Her. Placent Magister. Did. Doctor an fieri cupis?

Herm. Cupio. Did. Studere grauius nunquid potes?

Her. Possum. Did. En saccarum. Her. Grates ago.

Did. Orare nosti? Her. Maxime. Did. Bene est. placet.

Iam visionis nupera in mentem venit.

Hic ille quem Angelus tradidit mihi puer.

Mores, natura, suauitas & vultus notat.

Puer iste quondam maximus futurus est,

Sed heus Beline redde memoriter tibi

Commisssa nuper.

Probe tenes. Segilde. Seq. Nondum satis perdidici.

Did. Tam pauca! pudeat. Dic Vilalde tu.

Vil. Nondum scio. Did. Ene isthac socordia!

Roselle tu. Inprobus es.

Her. Audire num me etiam placet. Did. Lubens.

O te beatum; doctior es omnibus.

Tales pueros Virgo deipara iuvat,

Sed negligentes & pigros oculis male.

Hermanne perge Doctor ac ingens eris.

Sed nunc modesti conferatis vos domum.

Her. Vale magister. Did. Mi parule vale millicies.

Scena Tertia.

Angelus custos, Hermannus, Maria.

Ang. Dina, Iesusus.
Ecce parvulus iste puerus

Ibi prae cunctis charior exstat!

Germis ut omni studeat tempore

Her. Praescripta nondum didici satis.

Ang. Germis ut alto pectore fundat

Gemitus! mores ut colat integros!

Mar. O Sancte mei pueri custos

Pauci tales pueri vivunt,

Iuvenes pauci sic vitam agunt.

Erit Hermannus magnus in orbe.

Magnus in astris, diuus in aeuum.

Iesvs. Vnum Genitrix concede mihi

Huic ut puero liceat mecum

Ludere sapius, & saepe loqui.

Maria. Quod Gnate lubet fieri, fiat.

Her. Jam lectionem didici meam.

Nil pertimesco iam amplius

Ies. Vos hunc tucamim o Angeli

Puerum, ne quid patiatur mali.

Insons maneat, pectore simplex tendat in astra.

Ang. Imperia tua Christe promptus sequar.

Scena Quarta.

Hermannus. Segildus. Vilaldus. Rosellus. Didascalus. Belinus.

Her. Jam pulsus est auditus, obsecro.

Properemus omnes ad scholas.

Seq. Hermanne nos tecum. Her. Placet.

Prius Beata Virgini

Preces fundamus. Vil. Ut lubet.

Herm. Ave Maria virgo

Ave plena gratia,

Dominus Maria tecum,

Benedicta tu per omnes

Mulierum catervas.

Benedictus esto fructus ventris Maria tui,
Nunc & in hora mortis. Seq. Amen.

Her. Eamus ergo. Ros. Pergimus.

Did. Deuotioni nunquid est tempus datum!

Bel. Datum pauper. Her. Praeceptor^{salus} plurimum.

Did. Salue puer suauissime.

Quid Grobiam vos? nihil. hic puer

Omnes suauitate vincit sua.

Da lectionem tu Roselle. Aureus esto.

Sequens. Seq. Nihil scio. Did. Quid ita? Seq. dolui caput.

Did. Tu perge. Argenteus esto. Tu sequens.

Tria verba vix potuisti, discere!

Hermannule, quid ais? Quid hoc?

Memoriter discere tam multum potes!

Her. Et plura didici. Did. Redde. Non vos pudet!

En paruulus iste quanta perdidicit breui.

En saccarum Hermanne mi, & iaculeam.

Bel. Etiam mihi Praeceptor. Did. Hunc imitabere.

Puerum, p[ri]usq[ue] moribus sic integer ac in

Ac innocens fueris, tum etiam dabo tibi.

Sed tempus est, conferte vos domum.

Scena Quinta.
Didascalus. Angelus. Hermannus.
Did. Quam vera sunt quae cogitavi saepius.

Studium pietatis maximè reddere Deo
Charam iuuentam, paruulus noster id probat.

Sed heu parentes nunc potius filios docent

Jurare, blasphemare, & otio

Turpi vacare, & lusibus perdere diem;

Orare quam iubeant eos, pietatis aut

Studio vacare: sentient quondam tamen.

Quid sit iuuentam perditum teneram dare.

Her. Euaxe imaginem pulchram, atq[ue] saccarum dulcissimè!

Ang. Hermanne quid manu tepes?

Her. Imaginem pulchram. viden?

Ang. Et quis donauit isthoc te munusculo?

Her. Praeceptor. Ang. Omnidissimam. dona mihi.

Her. Non. Ang. Obsecro. Her. Quid mihi dabis?

Ang. Quidnam petis? Her. Redde imaginem mihi.

Ego hanc seruabo. Ang. Accipe.

Scena Sexta.
Segildus. Vilaldus.

Seq. Nescio quis istum paruulum gemus iuuet,
Tam multa discit. Proficit nimis.

Vil. Res mira certe videtur mihi

Omnes sodales superat puer.

Seq. Nos etiam ineptus ille exuperabit breui.

Vil. Magni profecto ingenij est puer.

Et amatur a præceptore plurimum.
 Seq. Nos interim, Valde, audimus male.
 Dum semper iratus Didascalus
 Obtrudit ipsum nobis, & laudat nimis.
 Vil. Amore certe dignus est I
 Hermannus. Innotens est & pius,
 Deuotus est, mansuetus est, & humillimus.
 Quid amplius desiderarier queat!
 Seq. Num molestat pectus & grauat meum,
 Quod laudibus magnis nimis
 Præceptor ipsum tollat, & nos deprimat.
 Vil. virtus meretur laudibus semper vehi.
 Turpesq. plagas aufert segnities suas.
 Seq. Patriarum semper ludier memet! nimis
 Id est frequens. Vil. Quid facies!
 Seq. Tibi ego sancte polliceor fore
 Et sine vulnere illum iterum mihi
 Magister obtrudat, bene
 Pugnis onustum deducant domum.
 Vil. Ah queso tempera. ne verbera.
 Seq. Etiam scelestis ludis! Vil. Lepidus es.
 Seq. Ita viuo. soluam id tibi facinus probe.
 Vil. Ridicula res. facimus male,
 Audire nec volumus male.
 Sed ibo. mentem restituiam bonam.
 Amicorum ira amoris redintegratio est. Actus 2.

ACTVS SECVNDVS Scena Prima. Belinus. Hermannus. Iesvs.

Bel. Tam mane surgis lectulo
 Hermanne! vixdum oritur dies.
 Her. Dormire crux mihi pessima est;
 Studijs vacare & orationibus,
 Mihi est voluptas maxima.
 Bel. Dispone te, post horulam
 Præceptor nos vocabit ad scholas.
 Her. Id faxo perlubens, prius
 Deuotioni modicum me dabo.
 Salve virgo puerpera.
 Salve sancte puellule.
 Grates concino maximas,
 Quod me hac nocte periculis
 Seruastis properantibus.
 Supplex virgo pijsima,
 Cunctis me precor eripe
 Isthaec luce periculis.
 Ies. Hermanne. Her. Quis memet vocat?
 Ies. Hermanne propius huc veni.
 Her. Venio. quid est? Ies. Mi paruale.

Et quid libri gestas manu!
Her. Praceptor isthuc librum mihi
Donauit, hancq. imaginem.
Ies. Pulcherrima est: dona mihi.
Her. Quid tu mihi? Ies. vis saccarum!
Her. Nolo. sed audio matrem. domum
Oportet ut protinus petam.
Herum reuertar ad te ocius.
Ies. Matrem rogato sed prius meam
Liceat tibi ut reuertier.
Her. Vbi illa? Ies. Cernis? Her. pulcherrimam
Habet matrem. sed nimis
Diu morabor. postmodum
Rogabo cum reuersus fuero
Ies. Abi beatis dignè sedibus puer
Superum voluptas & delicia mea.

Scena Secunda. Angeli.

O Christe Iesu splendor aeterni Patris,
Gloria quam magna est nominis usq. tui!
In ore nam lactentium laudem tuam
Ponens, exultas, clara trophæa ferens.
Hermanne felix cuius in pectore Deus
Exstruxit solio digna theatra suo.

Quam sanctus, insons, simplicis quam cordis est
Hermannus celi gloria, lausq. poli.
O mira virtus paruuli, quam lucidus
Exhorret rector qui phlegetonta premit.
Sic sic iuuentus innocentem duxeris
Criminibus vitam, si tamen astra velis.
Obsequere Diuis prompta consilijs, pijs
Te precibus firma, corda pudica gere.

Scena Tertia.

Hermannus. Didascalus. Rosellus
Segildus. Vilaldus. Belinus.

Her. Salue Praceptor plurimum.

Did. Salueto tu mi paruule.

Vbi Segildus. Ros. Nescio.

Did. Fortasse requiem in fluminis camit.

Sed ecce propere venit. Segilde ades dum. Curtardius?

Seg. Audire pulsum non potui

Did. Audire pulsum cum dormis nequis?

Nunquam locutus es quicquam verius.

Et quam diu dormiueras. Seden Sodalis aduenit tuus.

Pulcherrimum par sodalium. Curtardius ad scholam venis?

Vil. Nondum putavi esse septimam.

Did. Vestitus es pulcherrimè,

Collare collo quam compe iacet, Nec calcei ligati sunt bene.

Iuuenes duo pulcherrimi

Seg. Citius venire non potui.
Did. Scio: sed capillos pexuistine tuos!
Vil. Non inuenire potui pectinem.
Did. Pfui sordidi, pigerrimi.
Iuvenes, vos quando tandem eritis boni!
Humi cubare poteritis hodie.
An non videtis quam sodales vestri sint boni!
O pigra animalia, plumas tantum amatis & lectulum.
Her. Praceptor. Did. Quid mi paruule?
Her. Hodie recreandi nos petimus copiam.
Ros. Concede nobis obsecro. Bel. Erimus
Imposterum studiosi magis.
Did. Noui indolem vestram satis.
Noui, recompensabitur probe.
Sit ergo recreatio vobis tribus.
At hi studebunt dum vos luditis.
Debentur ista praemia bonis. Debentur haec praemia malis.
Seg. Studebo post hac grauius Praceptor Vil. Et ego.
Nobis etiam sit recreatio. Did. Vos fallitis.
Iuvenes dolosi, fallitis. Vil. Certe melius studebimus.
Did. Sit ergo etiam vobis copia
Vos recreandi. Abite nunc.
Perendie iterum ad scholas.
Her. Vale Praceptor optime.
Did. Benedicat tibi Deus puer suauissime.

9
Scena Quarta
Belinus. Rosellus. Hermannus. Vilaldus.
Segildus. MARIA. IESVS
Bel. Pilamne pulchram Roselle fers!
Ros. Pulcherrimam. Quid tu? Bel. Globulos fero.
Sed ex. Hermannus huc gradum.
Her. Quo vos Beline? Bel. Lusum ibimus.
Vil. Saluete consodales. Ros. Et tu plurimum.
Bel. Quorsum? Vil. rogas inepte. lusum ibimus.
Ros. Audi parumper obsecro.
Seg. Quid stulte poseis? per Deos
Colaphos mi taceas hinc feres.
Her. Quid dicis? O noli grecor iurare, vel blasphemis
Maculare mentem. Nam Deus punire grauius iurantes solet.
Seg. Relinguite nos, vos facite quod lubet.
Her. Precabor hic ego paululum,
Et vos deinde ad lusum sequor.
Bel. Veni Roselle. Her. Parue salueto puer.
Ies. Accede propius. Her. non audeo.
Ies. Quare? Her. Gemtrix tua irascitur.
Ies. Ipsam rogato. Mar. Paruule quid petis?
Her. Cum filio loqui parum tuo.
Mar. Quantum placebit loquere, licet.
Her. Descende deorsum. Ies. Non audeo
Her. Permitte gemtrix filium. Mar. Non potest.

Locus altus est frangeret sibi caput.
Her. Ego tenebo ne cadat. Ego illi domi saccharum dabo.
Al. obsecro defendat huc. Is. Fieri haud potest,
Mater negat. Her. Ludemus hicce nucibus.
Bel. Miranda cerno, Virgini loquitur Beata Hermannulus
O sancta parvuli pectora.
Her. In hocce pomum genitrix dabo,
Et hocce pirum. Bel. vocandus at mihi est domum.
Her. Descendat obsecro. Mar. Non fieri potest.
Bel. Hermanne. Her. Quid est? Bel. Domum vocant
Parentes. Her. Veniam mox. Bel. veni oculus.
Her. Cras huc redibo. iam vocor domum.
Is. O chara genitrix, ut puer ille mihi placet
Mar. Luer iste, non puer est, sed angelus.
Is. Ascendat hucce cras. Mar. Ut placet fieri, fiat.

Scena Quinta.

Præceptor. Belinus. Segildus. Vilaldus.
Præ. Ain' Beatam Virginem nostro lacutam Hermannulo?
Bel. Vidi loquentem & parvulum sese inclinantem Is. LVIII.
Præ. Me miserum, quid audio?
Quantum puellus iste maior est
Multis gygantibus! Quid amplius?
Bel. Suavitate mira Iesulus hunc allocutus, in cras finem
Redire iussit. Præ. O puer. O puer.
Verè angelus est terrestris hic.

10
Seq. Heus tu scelestè pilam reddito.
Vil. Non redde, nisi tu globulos mihi.
Seq. Pugnis faciam ut intumescas: reddito.
Præ. Quid hoc rei est? Quis pugnat hic?
O quanta hodie puerorum petulantia.
Festis diebus, lusibus, rixis, & nugis vacant.
Hermanne quam paucos similes tui
Reperi diebus istis pessimis,
Dominantur ubi rixæ, mendacia & verbera.
Sed heus Beline, qui fuerint nota.
Ego terga virgis conscribam — probe.

Scena Sexta.

Rosellus. Hermannus. Maria.
Is. LV.

Ros. Hermanne quorsum? Her. Non procul.
Redibo confestim, tu præstolare me.
Ros. Hic præstolabor. Imo subsequar.
Ut quid futurum sit puero notem.
Hic me occulo. Her. Puella salve tuq' mater aurea.
Mar. Quid boni? Her. Descendat huc puer tuus.
Quod nomen illi? Mar. Is. LV.
Her. In poma, pira, Is. LV. suscipe.
Obsecro cape, ecce ut rubent.
Is. Conscende sursum Hermannule.

Her. Non queo. Descende tu mi ISSVLE.
Mar. Tenta. iuuabimus te met manu.
Her. Tentabo. sed nimis altus est locus iste scandere non queo.
Mar. Accede propius iuuabimus. Her. o ue, cadas.
Mar. Tenebo, non cades. Her. Salue puelle mi suauissime.
O mater aurea, pulcherrima, dulcissima, suauissima,
Salueto. Ros. O me beatum si hoc contingat mihi.
Her. Quam pulcher est isthic locus!
O mater aurea, quam ego te amo.
O ISSVLE mi quam te diligo.
Itecum manere quam cuperem diu.
At quid gerentem te video manu!
Iss. En contuere Hermannule:
Ros. Quis non miretur talia gesta videns!
Quam pulchra res sinceritas.
Her. Mi ISSVLE. dona mihi hunc globulum.
Iss. Non audeo. genitrix vetat.
Her. En reddo per lubens. cape.
Mar. Quid attulisti nobis huc boni
Hermannule mi! Her. Nihil habui
Nisi hunc libellum, & hocce pomulum.
Vis ^{hoc} habere ISSVLE!
Mar. Quis hic libellus est? Her. Precarius.
Ros. Quam pulchra res est paritas.
Iam disco quid faciat Deo charum, sacrag. Virgini.
Her. Cur ISSVLE tu etiam non remis ad scholas?

77
Iss. Iam dudum ego studui satis. Her. Audistin? grammaticam?
Iss. Ita. Her. Quid audio? tam paruus es!
Nostine grammaticam. non credo. Mar. Fac periculum.
Propone quaestunculas. Her. Lego in praeterito quomodo habet.
Iss. Legi. Her. Disco. Iss. didici. Her. Scio.
Iss. Scivi. Her. Profecto doctus es.
Mar. Hermannule non mecum cupis
Manere semper? Her. Cupio maxime.
Dilecta mater. Ros. Quis non velit
Manere semper cum cœlitibus?
Mar. Sed nunquid toto pectore memet amas & ISSVLE?
Her. Quis non amaret? dulcissima, suauissima, mellitissima!
Quis non amaret te mi ISSVLE? Amabo te dum vixero
Mater Maria: amabo te mi ISSVLE donec moriar.
Mar. Iam tempus est ut redeas domum.
Hermannule mi. Her. O suauissima mater, manebo hic diutius.
Iss. Iterum redire cum volueris potes.
Abito nunc. nam te parentes quaeritant.
Her. Abibo. sed in crastinum reuertar huc. Mar. Mihi placet.
Her. O mater aurea vale, tuq. mi ISSVLE vale.
Ros. O te vel ipsis clariorem sideribus puer.
Quam sancta paruo sensa corpore tu geris!
Mar. Iuiabo te mi Hermannule.
Accede ne forsitan cadas.
Her. Valet mater. Et mi ISSVLE.
Redibo rursus in crastinum.

Scena Septima.
Segildus. Belinus.

Seg. O flagriones perfidi. hoc est elatam
Seruare fidem socio bono. O verberones. O masfugia.
Quid verba spargo inania. Quid vana frustra congor.
Inultum non patiar scelus. Est vindicanda iniuria.

Bel. Segilde quid demens furis?

Seg. O flagriones. o verberones pessimi.

Bel. Quid flagriones ingeminas?

Seg. Te, te scelesti & similes tui.

Vos proditores exstitistis mei. Bel. Quid audio?

Seg. Quod dixi tibi. Tu detulisti me proditor.

Bel. Segilde. parce calumnijs.

Seg. Istane vorabit cuspidem qui me magistro detulit.

Bel. Intelligo iam quid velis. Nonne hoc tibi praedixeram
Fore qui Magistro dicerent nequitias tandem tuas?

Seg. Et tu scelesti etiam ludis?

Bel. Non ludo. sed dico quod sentio.

Seg. Ni comprimas os facile tibi crebro retundam verbero.

Bel. Tu mihi retundes? Seg. Accipe

Nequam, scelesti, furcifer, trifur nefande, verbero.

Bel. Faciam Magistro id soluas facinus breui,
Quod innocentem me percusseris.

Actus Tertius.

ACTVS TERTIVS.
Scena prima.
Hermannus. Rosellus. Belinus
Chorus Angelorum.

Her. Adhuc recenti memoria tenes
Roselle qua heri dixeras?

Ros. Teneo, placetq. dicta iam exequi

Bel. Quae dicta? Ros. Deipara Virgini
Hodierna lux consecrabitur

Bel. Socijs duobus adiungar ego tertius.

Her. Si sic placet temet expedi.

Hymnos, Rosarium teum feras,
Etiam officium Beatae Virginis.

Ros. Elapsa ubi fuerit hora unica
Ad nos reuertere. Bel. Faciam.

Herm. Nos interim spectemus domum.

Ano 1. Lilia quali germine vernant
Complantata solo bene culto:

2. Tali vernat flore iuuenta
Exornata bonis vectoria moribus.

Ang 3. Hortus quali flagrat odore.
Violis flavis undiq. floridus.

Ang 4. Tali fragrant, sensa pudici Cordis odore.

An. 2. Mascula paruo corpore virtus
Grata Deo. An. 4. Superis grata
An. 1. Virtus atona polo. An. 3. digna throno.
An. 2. Hermanne tuo pectore virtus
Quarta triumphat. An. 4. Spolijs quantis
Inclita virtus Hermanne tuo pectore regnat
An. 1. Hermanne tui splendor pectoris
Superis dudum ludit in astris.
An. 3. Casta iuuentus virtutis iter
Ardua tendit per iuga, crebris
Aspera spinis via densatur.
An. 1. Vepres arum saxag, surgunt.
An. 4. Verum vincit mascula virtus.
An. 1. Simplex, insons, casta iuuentus
An. 4. Deuota Deo. An. 2. Studiora Deo.
An. 3. Nixa pijs precibus. An. 1. Celi sidera scandit.

Scena secunda.

Segildus. Belinus. Hermannus.

Seg. Risum tenere vix queo:
Hermannus iste pientulus
Sit collocatus Deipara. Virgini!
Non credo: somniauerit forsitum
Se colloquentem vidisse quispiam.
Facile qui credit corde, est leuis.

73
Sed en Belinum: Quo portas pedem?
Bel. Tua quod refert nihil, ne quærto.
Seg. Abi trifurcifer in crucem malam,
Caputq; frangas, & pedes, & manus.
Her. Blasphema quid verba euomis?
Cave ne quod optas alteri malum
Euenire tibi ipsi permittat Deus.
Seg. O sanctuli, o deuotuli, o pientuli,
Vereor sanctis ne deuoretis vos pedes
Quasi nullus astra nisi deuotus petat.
Valeat hypocrisis illa pessima
Vos intueri crux mihi pessima est.
Her. Sine me templum inuadere
Mox huc reuertar. Bel. ut placet.
Spectabo ego reditum tuum.
Quam rara virtus iuuenem talis est,
Innocentis qualis est Hermannuli.
Vix lectulo tert pedem statim
Precibus vacare, studijs tempus dare,
Et templa videre discipit.
Discamus, obsecro iuuenes, pijs
Mores puelli imitari tantuli.
Sed ibo, templi me oculam angulo,
Ut quid agitet videam puer.

Scena Tertia.

Hermannus. Angeli duo.

Her. IESU pectoris integri dulcedo, o bone IESU.
Castis mentibus unica & perfecta voluptas
O flos diuæ viraginum, summi delictum Patris,
Mater fulgida IESU, Virgo, filia, sponsa.
IESU. dulcedo cordium, mentis pudica gaudium,
Pacata mentibus quies & unicum solatium.

Ang. 1. IESU dulcedo cordium,
Fons viuus, lumen mentium,
An. 2. Excedens omne gaudium
Et omne desiderium.

Her. Quam dulce tecum colloqui
Mater Dei purissima.
Quam dulce tecum colloqui
IESU salutis anchora.

O qualibus præconijs, Cælestium, Terrestrium,
Silentiumq; principem, Te sancta mater efferam!
Quam suauiter personat melos.

O patria dulcis calitum.

Quando intuebor te oculis meis!

IESU. paradisi noster, amorq; noster,

O quando te videro coram!

Ang. 1. O IESU dulce gaudium, tibi nostra cantat musica,

Tibi dulce pangimus melos Regina magna calitum.

An. 2. Hermanne tale gaudium

Cælestibus est in oculis. Huc tendito.

Her. Quam somnus me vexat grauis.

O virgo virginum Maria quam canticum tibi suauiter pangitur.

Scena Quarta.

Iesulus. Hermannus. Maria.
Angelus.

Ies. Hermanne surge. Her. Quid est mi IESU.

Mar. Accede propius Hermanne mi.

Cur pedibus incedis nudis miser!

Her. Careo beata mater calceis.

Nec æs parentes ut emant habent.

Mar. Frigusne pateris! Her. Perparum.

Mar. Hermannule, lapidem isthunc leua,

Pecuniamq; quam inueneris

Pro calceis emendis accipe

Her. O virgo sancta, maximas grates ago.

Mar. Quoties egebis charta vel calamis veni,

Lapide sub illo semper æs inueneris.

Her. Grates perennes refero mater pia.

Mar. I, calceos tibi eme, & indue.

Ies. Hermanne perge qua graderis in.

Calig. quondam nobilis eris incola.

Ang. Nunguam relinquit pauperes Deus suos
Curam suorum maximam gerit
Curator ille cælicus.
Studiosa pubes si pauperes premit,
Sit vita Christo dedita, nunguam peribis: pauperes
Iuvat Deus. Sed si scelestam vitam cluxeris,
Sperare noli auxilium à Deo.
Deus iuvat probos, spernit malos.
Mar. En pone rursus hoc loco pecuniam.
Ut cum egerit Hermannus, inueniat.

Scena Quinta.

Belinus. Rosellus. Segildus.

Bel. O certa spes fidelium, O virgo Virginum decus
Quam prompta succurris tuis.
Iam quid parum posset
Studium precationum didici.
Seg. Precare quantum complacet tibi,
Nilq. comedas, videro an tua
Satiabitur stomachus prece.
Ros. Puer iste vere magnus est.
Bel. Quid? sanctus est istuc puer.
Ros. O me beatum si talis forem.
Bel. Imitare mores pueri sacros
Breui futurus talis es.

15
Seg. Ha ha, colemus te stultum breui,
Sanctum volebam dicere.

Bel. Pecuniam ast ubi inuenit puer?
Nescis Beatam Virginem monstrasse pecunia locum.

Bel. Nihil scio. Seg. Fortasse pessimus. furatus est
Pecuniam & se inuenisse finxerit.

Bel. Quid tu scelestum suggeris?

Seg. A. Tunc hic Beline. Parcite.
Non prius adesse te videram.

Hermannus ut valet meus!

Ros. O versipellis. quid tuum

Vocas Hermannum pessimis
Vexare quem modis soles! Abeamus hinc
Beline, nil hoc homine dixerim coram.

Seg. Commotus est adulescens. sed quid refert!
Indigna res ad sidera tandem tollent puerum suum.

Quis ille tandem? Homo est, non Angelus.

Meliorne me! ne hilum quidem.

Sed ecce ipsemet prodit foras.

Hic me recondam, ut quid faciat, notem.

Scena Sexta

Hermannus. Angelus. Vilaldus. Segildus.

Her. O virgo dulcis & pia, O mater aurea.
Issile dulcedo te quærentibus

Grates recendo maximas donata pro pecunia
Et pro coemptis calceis.
Ang. Qui gratus est meretur ut plus ferat.
Hermanne pro calamis tibi
Et pro papyro pecuniam cape.
Seq. Vilalae, saxum illud nota,
Thesaurus hic aliquis latet,
Quaeremus illum postea
Vil. Profecto fert pecuniam.
Her. Equis perreni encomio Mater benigna te non carat.
Seq. Pecuniam si inuenero
Cantabo usque ad rauim piam matrem Dei.
Her. Grates tibi mi ISSLE concino maximas.
Seq. Discedit ille. quaramus nos etiam
Vil. Vereor ne auferas nihil.
Vbi mi relictum est. Seq. Videro.
Profecto nil inuenio. Vil. Id claxeram
Seq. Quid hoc rei est? Vil. Lepidus es
Auferre nps vbi nil reconditum.
Seq. Vnde ergo ineptus iste pecuniam tulit?
M. Tu videris. Seq. Inepta res.
Vil. Segilde da partem mihi.
Quo proripis temet? fugis?
Seq. Furatus hic nequam aes fuit,
Posuitq. hoc sub lapide.
Vil. At en Hermannus prodit foras.

16
Scena Septima.
Segildus. Hermannus. Vilaldus. Maria
ISSVLVS.

Seq. Trifureter & mastigia venis!
Her. ISSVS MARIA, quam blasphemus es.
Seq. Pecuniam mihi monstra cito.
Her. Equam pecuniam? Seq. Quam abstulisti hoc lapide.
Her. Nullam tibi abstuli pecuniam.
Vil. Quid innocentem puerum grauas.
Discede paruule, nil fiet tibi.
Seq. Ostende mihi pecuniam.
Her. Nullam scio. relingue me
Seq. Ni ostenderis, colaphos feres.
Vil. Relingue quaso. quid puero molestus es?
Seq. O furaster, verbero, nebulo. Vil. Quid peractis?
Seq. Iam satis habes. Fugiamus hinc citissime.
Her. O mater Maria dulcissima
Miserum iuuato: ISSLE.
Succurre quaso misero mihi.
Mar. Hermanne mi quid clamas?
Her. Dentes excussit subitus casus mihi.
Dum verbera Segildi fugio.
Iss. Ostende dentes. Mar. Hoc sanguinem
Absterge fluidum linteo.

Her. Ginguua vasele dolet mihi.
Mar. Disiunge labra, dentes ut reddam tibi.
Iis. Iam saluus es Hermanne mi.
Dentesq. lappos iterum tenes.
Her. Grates revendo maximas.
Mar. Imposterum Sodales pessimos
Hermanne fuge quantum potes,
Ne damna rursus patiare talia.
Her. Faciam lubenter quod mandas mihi.
Iis. Custos fidelis esto Hermannali
Cunctisq. serua cum periculis.
Mar. Vale voluptas & delicia mea.
Her. Mater beata quo fugis?
Mar. Redibo rursus ad te breui
Iam te quieti contradas aomi.
Piasq. laudes filio fundas meo.
Her. Mandata promptus exequar tua.

17
ACTVS QVARTVS.
Scena Prima.
Hermannus.

Vt me dolores conficiunt graues,
Scabie pudenda dum caput rigens
Placidam quietem denegat mihi.
Fero dolores equidem libens
Te propter, & tuas o IESV LE
Propter dolores, quos mei
Causa tulisti, cum mea
Peccata ligno expiasti crucis.
Sed ne Sodales me horreant mei,
Secum studere nec me sinant.
Praeceptor etiam ne me horreat meus.
Hoc unicum vereor miser.
Ad te Beata salitum
Mater recurro auxilium petens.
Succurre genitrix Dei sanctissima:
Succurre IESV, sana scabiem meam;
Succurre mater subridium ferens.
Succurre fili matris sacra mihi.
Succurrite caelites clientulo.
Somnia dolores conaliant mihi,
Cadantq. fessa palpebra.

Sena Secunda.
Segildus Vilaldus Hermannus.

Seq. Fadatus ille tandem puer & totus scabie obsitus
Recessit. o fœdissimum monstrum, caclauer mauehim
Olfacere quam caput illius; odore pestimo
Fatet, & olet male, totumq. vermibus scatet caput.
Vil. Noli Segildæ temere loqui
Diuina quæ dedit scabiem manus.
Puerog sancto intecit caput
Adferre rursus sanitatem poterit bonam.
Seq. Adferre possit, sed non possiet id moror nihil.
Vil. O te impium. Seq. O pietulum, quam sanctus es.
Altare scande vt te precibus colam
Vil. Vereor Segildæ graues tuæ & penas suas
Vt impudentia Seq. Patiēre tu pro me nihil.
At ecce fœtidus ille huc venit
Pui turpitudine vemis?
Her. O Iesule, dulcis mi o Iesule.
Sana dolores capitis mei.
Seq. Scabiose nequam quo vadis?
Fœtide quid huc portas gradum.
Her. Non te grauabo mi Segildule
Templum Beata Virginis peto.
Vil. Comperce tandem as impudens.

12
Seq. Ifui rem nefandam & fœtidam.
Recedo, ferat fœtorem, ferre qui potest.
Her. O mi Vilalde duc me obsecro
Beata ad adem Virgins
Nam præ dolore pergere non queo.
Vil. Faciam lubenter. Vis hic manere diutius?
Her. Manebo, tu redi domum.

Scena Tertia.
Hermannus. Angelus. Maria. Iesule.

Her. Regina celi genitrix & mater pia,
Succurre tuo clientulo. O dulcis Iesule.
O amor meus, sana dolores capitis mei.
Ang. Attende quæso paruuli preces
Iesule innocentis & inua.
Her. Iam præ dolore vix porto caput meum,
Fessamq. scabies ceruicem grauius premit
Dulcem quietem, somnumq. appetens.
Ang. Maria mater cælum succurre, verticem
Sana, satis dolorum insons puellus pertulit.
Her. Iesule, clientem respice, caputq. fœdum libera
Dolore graui, & sanitatem reddito.
Ang. Aspice Iesule precantem, & caput
Scabie solutum hinc ferat.
Her. Iam fessa somnus lumina rursus premit.

Is. Descende custos & puero sana caput.
Mar. Signa occiput signo crucis,
Et sinaput, & tempora,
Totumq; sana verticem.
Is. Absterge scabiem fetidam sanumq; appareat caput.
Ang. O Christe Isr' sanitas debiliū te colentium
Te perennis canat laudibus
Quicquid corusco regnat polo,
Tellusq; quicquid ferax gerit.
Attendite iuvenes paruuli,
Videte Dei clementiam, succurrat ut is omnibus
Vestris necessitatibus, pietate clammodo feruida
Deum colatis, & pias Deo preces feratis inelies.
Her. Quid hoc dolore iam caput caret?
Sanata forsax est scabies mihi?
Sanata vero: O aurea
Gemitrix tonantis. gratias ago.
O Iesule pars cordis mei
Tibi quas refundam gratias!
Ut pondus ingens deposuit caput.
O Virgo Maria Virginum grates perennes accipe
Isr' medela languentium
Laudabo te dum vita sinet mihi.

Scena Quarta.
Segildus. Vilaldus. Hermannus.

Seg. Præcepta morum ut placuerat tibi
Hæterna Vilalde! Vil. Non admodum.
Seg. Quid ita? Vil. quod vanitatem sapiant nimiam.
Seg. Mihi verò quam maxime placent.
Crispare crines, & cincinnulis
Ornare, nunquid est pulchrum, caput?
Vil. Est vanitas. Seg. Quæ vanitas? Vil. Vanissima.
Seg. Nugas agis. Quid pulchrius quam annalis.
Ornare dextram, gemmis digiti ut niteant.
Vil. Quid vanius? Seg. Tu totus hodie sanctus es.
Vil. Et tu peruersus es, qualis fuisti diu.
Seg. Tu insulsus es, ineptus es, nugator es,
Stolidus es, stoticus es, qualis fuisti diu.
Vis plura narrem? Vil. Parce calumnijs,
Seg. Sed heus iocatus ne, an serio locutus es?
Vil. Serio locutus sum, nec leues sentias iocos.
Seg. At dic obsecro. Vil. Quid dixam? Seg. Iocatus es.
Vil. dixi. Seg. Sed heus ut ense fulgeat latus.
Pugnaq; pendulus cingulo tibi placet,
Pileusq; cristis & auro grauis!
Nil loqueris! Her. Saluete sodales optimi.
Seg. Quid hoc? nefanda quis scabie caput.

Sanauit! Her. Ipsa calitum
Regina, Mater & genitrix Dei.
Seq. Ha, ha he, tam charus es calitibus!
Vir. Deuota aristo pectora quid mi placeant calitibus?
Her. Ridere noli, Segildule magnam Dei potentiam.
Seq. Absit. Herm. Quid ergo! Seq. Tuam
Simplicitatem demiror atq. rideo.
Her. Sed simplices calum rapiunt,
Sanctiq. mores calicas domos petunt.
Seq. Nugaris & tu, calum patet
Non simplici tantum, sed omnibus.
Her. ~~Segild.~~ Abscede sis, tunc rapies astra mihi.
Her. Segilde redi tandem ad mentem bonam.
Seq. Recede furcifer. Vir. Cedamus hinc.
Her. Abibo, sed veniet quondam dies
Cum aliter, quam nunc senties.

Scena Quinta.

Hermannus. Maria. IESVVS.

Her. O mater alma, o IESVLE.
Quanto tui desiderio, Mens flagrat ardens, pectora
Amore pene rumpuntur mihi.
O dulcis amator IESVLE.
Quam me tua conuersatio recreat mimis
Desidero te millies, mi IESVLE.

20
O quando, quando venies mi IESVLE
O rosa dulcis, o candens liliū.
O viola suavis, o Virginum decus
Maria. o quando, quando te videro.
Quando te amauero satis?
Mar. Hermanne mi, quod desiderium
Tibi corculum fatigat? Her. O pia,
O dulcis, o aurea mater venis!
IES. Hermanne quid petis? Her. Dolor
Fatigat vsq. & vsq. corpusculum.
Mar. Noli dolori cedere Hermannule,
Dolor ille futuri est gaudij prænunciū.
Feblicula modica semet cælo dabit.
Her. Vnum benigna mater postulo,
Sine brachijs amplectar IESVVM meis.
IES. Hermanne brachijs memet cinge tuis,
En promptus adsum. Her. o IESVLE.
Præsentem te mi IESVLE.
Dolor omnis corporis abscedit procul.
IESV tui dulcis memoria, Dat vera cordis gaudia.
Sed super mel & omnia, Dulcis tua est præsentia.
IESV mi bone sentiam Amoris tui copiam,
Da mihi per præsentiam Tuam videre gloriam
IES. Robustus esto Hermanne mi,
Meum breui futurus es cæli incolā.
Robustus esto expletus est vitæ cursus tuæ.

Sanauit! Her. Ipsa calitum
Regina, Mater & genitrix Dei.
Seq. Ha, ha he, tam charus es calitibus!
Vil. Deuota Christo pectora quid mi placeant calitibus?
Her. Ridere noli, Segildule magnam Dei potentiam.
Seq. Absit. Herm. Quid ergo! Seq. Tuam
Simplicitatem demiror atq. video.
Her. Sed simplices calum rapiunt,
Sancti mores calicas domos petunt.
Seq. Nugaris & tu, calum patet
Non simplici tantum, sed omnibus.
Her. ~~Segild~~ Abscede sis, tunc rapies astra mihi!
Her. Segilde redi tandem ad mentem bonam.
Seq. Recede furcifer. Vil. Cedamus hinc.
Her. Abibo, sed veniet quondam dies
Cum aliter, quam nunc senties.

Scena Quinta.

Hermannus. Maria. IESVS.

Her. O mater alma, o IESVS.
Quanto tui desiderio, Mens flagrat ardens, pectora
Amore pene rumpuntur mihi.
O dulcis amator IESVS.
Quam me tua conuersatio recreat mimis
Desidero te milies, mi IESVS.

20
O quando, quando venies mi IESVS
O rosa dulcis, o candens lilium.
O viola suavis, o Virginum decus
Maria. o quando, quando te videro.
Quando te amauero satis?
Mar. Hermanne mi, quod desiderium
Tibi corculum fatigat? Her. O pia,
O dulcis, o aurea mater vemis!
Is. Hermanne quid petis? Her. Dolor
Fatigat usq. & usq. corpusculum.
Mar. Noli dolori cedere Hermannule,
Dolor ille futuri est gaudij prænuncius.
Febricula modica semet caelo dabit.
Her. Vnum benigna mater postulo,
Sine brachijs amplectar IESVM meis.
Is. Hermanne brachijs memet cinge tuis,
En promptus adsum. Her. o IESVS.
Præsentem te mi IESVS.
Dolor omnis corporis abscedit procul.
IESV tui dulcis memoria, Dat vera cordis gaudia.
Sed super mel & omnia, Dulcis tua est presentia.
IESV mi bone sentiam Amoris tui copiam,
Da mihi per presentiam Tuam videre gloriam
Is. Robustus esto Hermanne mi,
Meum breui futurus es cæli incola.
Robustus esto expletus est vite cursus tua.

Mar. Hermanne redde iam gratum mihi,
Imus parantes, superis laudem tibi.
Her. Ex redco promptus. accipe gemitrix filium.
Mar. Breui reuertar. esto robustus interim
Her. Firmato pectus IESU
tibi sacratum, & deuotum tibi.

Scena Sexta.

Segildus. Vilaldus. Hermannus. Maria.
Iesulus. Angelus. Belinus. Rosellus.

Seq. Miranda vidi, vix eloqui queam.
Stupenda vidi. Quid dicam? palpitat
Pectus timore. Vil. Quid hoc rei est?
Mutatus iste totus videtur mihi.
Seq. Vt membra percutit terror & tremor,
Trepidumq. pectus verba vix sinit loqui.
Vil. Quid hoc rei est? vt ingemit,
Pectusq. pulsat. vt ractit eligitis caput.
Adibo. celum vt suspicit? raptum puto.
Segilde. Seq. Mi Vilalde. Vil. Quid ingemis?
Seq. Stupenda vidi. Vil. Quae stupenda? Seq. Virginem
Matrem Dei, paruumq. IESU
Vidi loquentes cum Hermannulo
Commouit illa visio pectus meum
Stimulosaq. cordis reliquit mihi.

21
Vil. O mira Dei bonitas. tandem sapis!
Seq. Sapis licet sero. Vil. satis cito si sat bene.
Seq. Profecto sanctus es Hermannule.
Vere beatus es Hermanne, diuus es.
Abhinc studebo vitam assequi tuam.
Valet fabula, nuga, petulantia.
Valet charta, pila, globuli, alea.
Vil. Exurge addeamus Hermannum. Seq. Placet.
Her. O hora felice qua caelum licet
Mihi intueri & gaudia quae sempiternum parat,
Mihi IESUS. Beata virgo suscipe
Tuum clientem, suscipe animam tu meam.
Mar. Dilecte fili! tempus est
Hermannus vt astra petat, satis superq. languit,
Febriq. corpus vstum est satis.
Ies. Hermanne sancte puellule
Iam scande laetus sidera.
Seq. Hermanne salue. Her. Et tu vale Segildule.
Seq. Ignosce obsecro Hermanne parcas precor mihi.
Her. Ignosco. O IESU dulcis propera.
O dulce patria melos caelestis, o quando IESU venis?
Ang. Robustus esto iam IESUS venit.
Seq. Hermanne pro me rogo fundas preces
Ignoscat vt Deus peccatis meis.
Her. Faciam lubenter mi Segildule.
Vil. O dulcis obitus filiorum Dei.

Ies Veni, veni columbe

Veni, veni beatas

Soliturus omne tempus Sedes, veni columbe.

Mar. O sponse Christi veni. Suavis ocella veni.

Bel. Jam exspiravit. Seq. O Deus,

Deus o benignus aspice

Oculis paternis respice delictum meum.

Hermanne Divis addite, Pro me Beatam Virginem,

Eiusq natum ISSVM pro me rogato.

Vl. Hermanne parce. sapius

Vitam beatam mereri tuam,

Hermanne parito.

Bel. Abeamus omnes, & vitam bonam

Posthac colentes vivamus Divi.

Seq. Valetate ruge, fabula, petulantia.

Ros. Hermanne sancte sis nostri memor.

EPILOGVS.

Peraita res est, ut promissimus, pueriliter.

Utinam iuventus discat ex hoc dramate

Quam innocentia, puritas, & pietas Deo

Accepta sit, sanctaq; Matri Virgini.

Valete cuncti: si placuimus plausum date

Si displicuimus ignorete.

Pueri puerilia tractant.

Maiora clabimus cum maiores fuerimus.

Finis.

